

signa & tempora & dies & annos. Nam praecedens triduum ut omnib;
uisum est. absq; ullis horarum dimensionibus. ut pote nec dum factis
sideribus aequali lance lumen tenebrasque pendebat. Et quarto
demum mane sol a medio procedens orientis. horis umbratim suas
p lineas currentibus aequinoctium quod annuatim seruar & ur incho
auit. positus uidelic & cum primo terris orir & ur in eo caeli loco.
quem phylosophi quartam partem ari & is appellant. Eundemq;
per acto anni circuitu post dies. ccc. lxv. & sex horas rep & iturus.
Cuius augmento quadrantis efficitur. ut ipse uernalis aequinoc
tii punctus. modo mane. modo meridie. modo uespere. modo
medio noctis occurrat. Luna e contrario uespere plenissima. Ne
q; enim quid in perfectū creator aequissimus instituer & . stellis una
fulgentibus a medio apparens orientis. quartam librae partem qua
aequinoctium autumnale asseuerant tenuit. Initiumque paschale
suo consecrauit exortu. Neq; enim alia seruandi paschae regula est.
quam ut aequinoctium uernale pleni lunio succedente perficiatur.
At si uel una die plenitudo lunae praecesserit aequinoctium. Iam
non primi mensis. sed ultimi luna put & ur. Oport & enim ut sicut
tunc primo sol potestatem diei. deinde luna cum stellis potestatē
noctis accepit. Ita & nunc ad insinuandum nostrae redēptionis
gaudium. primo dies noctem longitudine ad aequ & . Ac deinde
luna plenissima eam luce perfundat. Certi utiq; mysterii gra
tia. quia uidelic & sol ille creatus omnium inluminator astrorū.
a & ernam ueramq; lucem significat. Quae inluminat omnē hominē

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Staatsbibliothek zu Berlin Preußischer Kulturbesitz
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek zu Berlin – Preußischer Kulturbesitz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbb-pk_msphillipps1869/0051